esse fortior. ꝙ timor. ꝙ intemperātia ḣ vincitur a delectatione minus peccatum est ꝙ timiditas que vincit a timore. ¶ Prēt. de ratione peccati est q̄ sit voluntariū. sed timiditas est magis voluntaria ꝙ intemperātia. nullus enim concupiscit intēperatus esse. aliqui aūt concupiscunt fugere pericula mort̄. quod pertinet ad timiditatē. ergo timiditas est peccatū grauius ꝙ intemperātia ¶ Sed �contra est qđ philosophus in. iij. ethico. q̄ intemperātia magis assimilat voluntario ꝙ timiditas. ergo plus habet de ratione peccati.

¶ Ḥ. dēm. q̄ vnū vitium potest alteri comparari dupl̄r. Uno modo ex parte ipsius materiei obiecti. Alio modo ex parte ipsius hominis peccantis. Tertio modo intemperātia ē grauius vitium ꝙ timiditas. Primo nāq; ex parte materie. nam timiditas refugit pericula mortis. ad q̄ vitanda inducit inexima necessitas conseruande vite. Intemperantia autem est circa delectationes. quarū appetitus non est adeo necessarius ad vite conservationē. q̄ vt dictum est intemperātia magis est circa quasdam oppositas delectationes seu concupiscētias ꝙ circa concupiscētias seu delectationes naturales. quāto autē illud quod cōmouet ad peccandum videt esse magis necessariū. tanto peccatū leuius est. & ideo intemperātia est grauius vitium q̄ timiditas ex parte obiecti siue materie mouentis. Similiter etiā ex parte ipsius hominis peccātis. & hoc triplici rōne. primo quidem quāto ille qui peccat magis est compos sue mētis. tanto grauius peccat. vnde alienatis non imputatur peccata. timentes autem & trifticie graues & maxime in periculis mortis stupefaciūt mentē hominis. quod non facit delectatio que mouet ad intēperantiam. secūdo quia quāto aliquod peccatum est magis voluntariū. tanto est grauius. Intemperātia aūt plus habet de voluntario ꝙ timiditas. & hoc duplici rōne. Uno modo quia ea que p timorem fiunt principiū habēt ab exteriori impellente. vnde non sunt simpl̄r voluntaria. sed mixta vt dicit in. iij. ethico. ea aūt que p delectationē fiunt sunt simpliciter voluntaria. Alio modo qa ea que sunt intēperata sunt magis voluntaria in particulari. minus aūt voluntaria in vniuersali. nullus enī vellet intēperate cē alliciē tamē homo a singularib⁹ delectatiōib⁹ que imperium faciunt hoiem. ꝓpter quod ad vitandum intemperantiā maxima remediū est vt non immoretur homo circa singularia cōsiderationem. ꝙ in his que pertinēt ad timiditatē ē ecōuerso. nam singularia que imminent sunt minus voluntaria. vt abiicere clypeum. & alia hmōi. ꝙ tñ cōmune est magis voluntariū. puta fugiēdo saluari. hoc aūt est simpl̄r magis voluntariū qđ est magis voluntariū in singularib⁹ in quibus est actus. & ideo intemperātia cum sit simpliciter magis voluntaria ꝙ timiditas est maius vitium. tertio qa cōtra intēperātiam potest magis de facili remediū adhiberi ꝙ cōtra timiditatem. ex q̄ delectationes cibor̄ & venereorū circa quas est intperantia ꝓpter vitam occurrunt & sine periculo potest homo circa ea exercitari ad hoc q̄ sit intemperatus. sed pericula mortis rarius occurrunt & periculosius in his homo exercitat ad timiditatē fugiēdas. & ideo temperātia est simpliciter maius peccatum ꝙ timiditas.

¶ Ad. j. ꝙ dō. ꝙ excellēta hominis supra tē perantiam potest cōsiderari dupl̄r. Uno modo ex parte finis qđ pertinet ad nomē boni. qđ. f. fortitudo magis ordinat ad bonū cōmune ꝙ temperantia. ex hac etiā parte timiditas habet quandam excellentiā supra intperantiā inquantum. f. q timiditatem aliq̄ desistant a defensiōe boni cōmunis Alio modo ex pte difficultatis. inquantum. f. difficilius est subire pericula mort̄ ꝙ abstinere a quibusdam delectationibus. & quia ad hoc non oportet q̄ timiditas excellat intperantiā. Sicut. n. maius est virtutis est non vinci a fortiori. ita cōs ecōtrario minoris virtutis est a fortiori vinci & maioris virtutis a debiliori superari. ¶ Ad. ij. dēm. q̄ amor conservationis vite ꝓpter quam vitant pericula mortis est multo magis naturalis ꝙ quecunq; delectationes ciborū & venereorū que ad conservationē vite ordinant. & ideo difficilius ē vincere timorē periculoꝝ mortis ꝙ concupiscētiam delectationū que ē in ciboꝝ & venereis. cui tamē difficilius ē resistere ꝙ ire tristicie & timori quorundam aliorū malorū. ¶ Ad. iij. dēm. q̄ in timiditate considerat magis voluntarium in vniuersali. minus tñ in particulari. & ideo in ea est magis volūtariū Fm quid. & nō simpliciter.

Ad quartū sic procedi tur.

Videt q̄ peccatum intperantie non sit maxime exprobrabile. Sicut enī bonus debet laudari. ita exprobratio debet peccato. ꝙ q̄dam peccata sunt grauiora ꝙ intperantia. sic homicidia. blasphemia & alia hmōi. ꝙ peccata intemperātie nō est maxime exprobrabile. ¶ Prē. Peccata q̄ sūt magis cōmunia videnť minus esse exprobrabilia eo q̄ de his homines minus verecūdant. sed peccata intemperātie sunt maxime cōmunia. q̄ sunt circa ea q̄ cōmunit in vsum vitę veniunt in q̄bus etiam plurimi peccant. ergo peccata intemperātie nō videnť esse maxime exprobrabilia. ¶ Prēt. Phūs dicit in. vij. ethic. q̄ tēperātia & intperantia sunt circa concupiscentias & delectationes humanas. sunt aūt q̄dam cōcupiscentie & delectationes turpiores concupiscētia & delectationib⁹ humanis q̄ dicunť bestiales egritudinales. vt in eodem li. phūs dicit. ergo intemperātia nō est maxime exprobrabilis.

¶ Sed �contra est qđ phūs dicit in. iij. ethico. q̄ intemperātia inter alia vitia videt iuste exprobrabilis esse. ¶ Ḥ. dēm. q̄ exprobratio opponit videtur honori & glorie. honor aūt excellentie debet. vt supra habitum est. gloria aūt claritatē importat. Est ergo intperantia maxime exprobrabilis ꝓpter duo. primo q̄dem qa maxime repugnat excellentie hominis. est enī circa delectationes cōmunes nobis & brutis. vt supra habitū est. Vñ in pō. dicitur. Homo cum in honore esset non intellexit. comparatus est iumentis insipientibus

ꝫ simplicio facrio est illio secundo quia maxime repugnat eius claritati vel pulchritudini. inq̃tum iudicet in delectationibus circa quas ē intemperãta immisio apparet de lumine rõnis ex qua est tota claritas et pulchritudo virtutis. vñ ꝫ hmõi delectatiões dicunt seruiles. ¶ Ad .j. ꝫ dom. q̃ sicut Gregorius dicit. vitia carnalia q̃ sub intemperãtia cõtinent̃ etsi sint minoris culpe. sunt tamen maioris infamie. nam magnitudo culpe respicit deordinationẽ a fine. infamia aũt respicit turpitudinẽ que maxime considerantur fm indecentiam peccãti. ¶ Ad .ij. dom. q̃ cõsuetudo peccandi diminuit turpitudinẽ ꝫ infamiam peccati. fm oppositionẽ hominũ. non aũt fm naturam ipsorum vitiorũ. ¶ Ad .iij. dm. q̃ cum dicit intemperãtia esse maxime exprobrabilis. est intelligendum inter vitia humana que scilicet attendunt̃ fm passiões humane nature. aut mali cõsuetudo. sed illa vitia q̃ excedunt modũ humane nature sunt magis exprobrabilia. ꝫ tñ etiam illa vident̃ reduci ad genus intemperantie fm q̃dam excessus. sicut si aliquis delectaretur in comestione carnium humanarũ. aut in coitu bestiarum aut masculorũ.

Questio. xxiij.

DEinde cõsiderandum est de partibus temperãtie. Et primo de ipsis partibus in generali. Secundo de singulis earum in speciali.

Ad primum sic ꝓcedit

Videtur q̃ Tullius in sua rethorica incõuenienter assignet partes temperãtie quas dicit eẽ cõtinentiam. clementiam. modestiam. Continẽtia est contra virtutẽ diuidit in .vij. libro. ¶ temperantia continet̃ sub virtute. ergo continentia non est pars temperantie. ¶ Preterea. Clementia videt̃ esse mitigatiua odij vt dictum est. temperãtia aũt non est circa hmõi sed circa delectatiões tactus vt dictum est. ergo clementia non est pars temperantie. ¶ Preterea. Modestia consistit in exterioribus actibus. Unde ꝫ apostolus dicit ad Philippen. iij. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. sed actus exteriores sunt materia iustitie vt supra habitum est. ergo modestia magis est pars iustitie q̃ temperãtie. ¶ Preterea. Macrobius sup somnium Scipionis ponit multas temperantie partes. dicit enim q̃ temperantiã sequit modestia. verecundia. abstinẽtia. castitas. honestas. moderatio. parcitas. sobrietas. pudicitia. Andronicus etiam dicit q̃ familiares temperantie sunt. austeritas. continẽtia. humilitas. simplicitas. ornatus. bona ordinatio. ꝫ se sufficientia. Videt ergo insufficienter Tullius enumerasse temperãtie partes. ¶ Sed cõtra. dom. q̃ sicut supra dictum est. alicui virtuti cardinali tria pertinent̃ ad integritatem. scilicet partes subiectiue ꝫ potentiales. ꝫ dicunt̃ partes integrales alicuius virtutis conditiones quas necesse est concurrere ad virtutem. ꝫ fm hoc sunt duo partes integrales temperãtie scilicet. verecundia ꝫ quam aliquis refugit turpitudinẽ temperantie contrariã. ꝫ honestas ꝫ quam scz aliquis amat pulchritudinẽ temperantie. nam sicut ex dictis patet precipue temperantia inter virtutes vendicat sibi quendã decorem. ꝫ vitia intemperantie maxime turpitudinem habent. partes autem subiectiue alicuius virtutis dicunt̃ species eius. Oportet aũt diuersificare species virtutis fm diuersitatem materie vel obiecti. Est autẽ temperantia circa delectationes tactus que diuidit̃ in duo genera. nam quedã ordinant̃ ad nutrimentum. ꝫ in his ꝫtum fm cibum est abstinẽtia. Quedam vero ordinant̃ ad rem generationis. ꝫ in his ꝫtum ad delectationem principalem ipsius coitus est castitas. Quedam aũt ad delectationes circumstantes. puta que sunt in osculis tactibus ꝫ amplexibus. attendit̃ pudicitia. partes autem potentiales alicuius virtutis principalis dicuntur virtutes secundarie que modum quem principalis virtus obseruat circa aliquam principalem materiam idem obseruant in quibusdam aliis materiis in quibus non est ita difficile. pertinet autem ad temperantiã moderari delectationes tactus quas difficillimũ est moderari. vnde quecumq̃ virtus moderationem quandam operatur in aliqua materia refrenationem apertius in aliquid tendẽtem ponit potest pars temperantie sicut virtutes ei adiuncta. quod quidem contingit tripliciter. Uno modo in interioribus motibus animi. Alio modo in exterioribus motibus ꝫ actibus corporis. Tertio modo in exterioribus rebus. preter motum aũt concupiscẽtie quem moderatur ꝫ refrenat temperãtia tres motus inueniũtur in anima in aliquid tendentes. Primus quidem ē motus voluntatis cum motu ex impetu passionis. ꝫ hũc motum refrenat continẽtia. ex qua fit vt licet bonus immoderatos cõcupiscẽtias patiat. voluntas tamẽ non vincitur. Alius aũt motus interior in aliquid tendens est motus spei ꝫ audacie que ipsam cõsequitur. ꝫ hunc motum moderat siue refrenat humilitas. Tertius aũt motus ē ire tendens in vindictam quã refrenat mansuetudo siue clemẽtia. Circa motus aũt ꝫ actus corporales moderationẽ ꝫ refrenationẽ facit modestia. quam Andronicus in tres diuidit. ad quo ꝓmum pertinet discernere quid sit faciendum. ꝫ dũ meditandum. ꝫ dũ quo ordine sit agendum. ꝫ in hoc firmiter ꝑsistere. ꝫ ḡtum ad hoc ponit bonã ordinationem. aliud aũt est q̃ homo in eo quod agit decentiam obseruet. ꝫ ḡtum ad hoc ponit ornatũ. tertio aũt est in colloquio amicorum. vel quibuscunq̃ aliis. ꝫ ḡtum ad hoc ponit austeritas. Circa exteriora vo duplex moderatio ē adhibẽda. primo quidẽ vt superflua nõ requirant. ꝫ hoc ad hoc ponit a macrobio parcitas. ꝫ ab Andronico ꝓ se sufficientia. scilo vo nõ nimia exquisita requirum. ꝫ ḡtum ad hoc ponit Macrobius moderationẽ. Andronicus vo simplicitatẽ. Ad .j. ꝫ dm. q̃ continẽtia differt q̃dammodo a virtute sicut imperfectũ a perfecto vt infra dicet. ꝫ hoc mõ ꝓcedit

vtrum . cōuenit ſi cum tpantia t in materia q̄ eſt circa delectationes tactus. t in mō q̄ in q̄dā refrenatione cōſiſtit. t ideo pueniēter ponit̄ pa temperantie. ¶ Ad.ij.dō. q̄ clemētia ſine mālue tudo nō ponit̄ pars tpantie ꝓpter pueniētiam materie. ꝯ quia pueniit cum ea in mō refrenādi t moderādi vt dictum eſt. ¶ Ad.iij.dō. q̄ circa exteriora actus iuſticia attēdit id q̄ eſt debitum alteri. hoc aūt modeſtia non attēdit. ꝯ ſolum moderationē quandam. t ideo non ponit̄ pars iuſtitie ꝯ tpantie. ¶ Ad.iiij.dō. q̄ Tullius ſub modeſtia cōpleḡdit oia illa q̄ ptinent ad moderationē corporaliū motuū t exteriorū rerum. t eiaꝫ moderationē ipſi quā optimo ad humiliaſſe pertinere.

Queſtio.cxliiij.

QEnde conſideranduꝫ eſt de partibus tpantie in ſpeciali. Et primo de partibus quaſi integralibus q̄ ſunt verecūdia t honeſtas. Circa verecundiā aūt ḡrunt quatuor. Primo virū verecūdia ſit virtus. Scōo de ḡbus ſit verecūdia. Tertio a ḡbus hō verecūdat. Quarto q̄r ſit verecūdoſus.

Ad primū ſic procedit

Videt̄ q̄ verecūdia ſit vitus. Eſſe enī in medio fm determinationē rōnis eſt, ꝓpriam virtutis vt pꝫ ex diffinitione virtutis q̄ ponit̄ in .ij. ethic. ſed verecūdia conſiſtit in tali medio . vt pꝫ per philoſophū ibidē ergo verecūdia eſt vitus.

¶ Prēt. Omne laudabile vel eſt virtus vel ad virtutē ḡinet. ſed verecundia eſt quoddā laudabile. non eſt autē pars alicuius vtutis. non enī eſt pars prudētie. quia non eſt in rōne ſed in appetitu. neq; etiam eſt pars iuſticie quia verecūdia paſſionē quādam importat. iuſticia autem non eſt circa paſſiones. ſimiliter non ē pars fortitudinis . q̄ ad fortitudinē pertinet ꝓſiſtere et aggredi. ad verecundiā aūt refugere aliq̄d. neq; etiam eſt pars temperātie. q̄ temperātia eſt circa concupiſcētias. verecūdia aūt eſt timor quidam vt pꝫ ꝑ ꝑbum in.iiij.ethi. t ꝑ Damaſcenū in.ij.li. relinquit ergo q̄ verecundia ſit virtus.

¶ Prēt. Honeſtum cum virtute cōuertitur. vt pꝫ per Tullium in.j.de offi. ſed verecundia eſt q̄dam pars honeſtatis. dicit enī Aristo.in.j.de offi. q̄ verecūdia eſt ſocia ac familiaris memis placiditatis. ꝓpriam ſapientie. ab omni iuria alienā. ſobrietatē diligit. t honeſtatē fouet. t de eisdem requirit. ꝯ verecūdia eſt virtus. ¶ Prēt. Omne vitiū oppoñ alicui vtuti. ꝯ q̄dam vitia oppoñunt verecūdie. ſ. inuerecūdia t inordinatus ſtupor. ꝯ verecundia eſt vitus. ¶ Prēt. Ex actibus ſimiles habitus generant. vt dicitur in .ij. ethi. ꝯ verecūdia importat actū laudabilē. ꝯ ex multis talib⁹ actibus cauſat habitus. ꝯ hababilē laudabilū operū eſt vitus. vt pꝫ ꝑ ꝑbum in.j.ethi. ergo verecūdia eſt vitus. ¶ Sed ꝓra eſt q̄ ꝑbo dicit in.ij. t.iij. ethi. verecundia non eſſe virtutē. ¶ Rñ. dēm. q̄ vtus ampliꝰ accipit. ꝓut ſcz t cēter. Propriē q̄dem vitus ꝓfectio q̄dam eſt vt dī in. vij. phiſi. t ideo oēm illud q̄ repugnat ꝓfectiōi eius ſi ſit bonū deficit a rōne virtutis. verecundia aūt repugnat ꝓfectioni. eſt enī timor alicuius turpis q̄ſ. eſt exprobrabile. Unde Hamaſ. dicit q̄ verecūdia eſt timor de turpi actu. Sicut aūt ſpes ē de bono poſſibili t arduo ita eius timor eſt de malo poſſibili arduo vt ſupra habitū eſt. cū de paſſionib⁹ ageret. Ille aūt q̄ eſt ꝓfectus fm habitū virtutis nō appetit dicit aliq̄d exprobrabile t turpe ad faciendus vt poſſibile t arduū. difficile ad vitandū. neq; ex actu facti aliq̄d turpe vnde opprobrium timeat. Unde verecūdia ꝓprie loḡndo nō eſt vtus. deficit enī a ꝓfectiōe virtutis. Cōmuniter aūt dicit virtus eſſe q̄ eſt bonus t laudabile in bū mis actibus vel paſſionib⁹. t fm hoc q̄dā verecūdia eſt virtus cuꝫ ſit q̄dam laudabilis paſſio. ¶ Ad .j. ergo dīm. q̄ ē in medio nō ſufficit ad rōnem virtutis q̄uis ſit vna particula poſita in vtutis diffinitione. ꝯ reḡnt vltimus q̄ ſit bonus electus. .l. ex electione agens. verecūdia aūt nō nominat habitū ꝯ paſſionē. neq; motum cius ē ex electione. ꝯ ex impetu q̄dam paſſionis. vñ deficit a rōne virtutis. ¶ Ad.ij.dō. q̄ſi dicit̄ eſt verecundia ē timor turpitudinis t exprobrationis. dicit̄ ē aūt ſupra q̄ vitus impatie ē turpiſſimū t maxime exprobrabile. t ideo verecūdia principaliter ḡinet ad tpantiā. ꝯ ad aliquā aliā virtutē rōne motus q̄ ē turpe. nō aūt fm ſpēm paſſionis q̄ eſt timor. Fm eā q̄ vitia aliqua ſunt huiusmodi opposita ſunt turpia t exprobrabilia pōr eius verecūdia ad alias virtutes ptinere. ¶ Ad.iij.dō. q̄ verecundia fouet honeſtatē removēdo ea q̄ ſunt honeſtati cōtraria nō ita q̄ ḡtingat ad ꝓfectū rōnis honeſtatis. ¶ Ad.iiij.dō. q̄ quilibet defectus cauſat vitium. nō aūt quodlibz bonū ſufficit ad rationē virtutis. t ſō nō oportet q̄ oēm illud cui directe opponit vitū ſit vtus. quia oppenitus opponatur alicui vtui fm ſuam ḡnēm. t ſic inuerecūdia inḡnū. pueniē ex nimio amore turpitudinis opponit tpantie. ¶ Ad.v.dō. q̄ ex multimoda verecūdari cauſat huius vtutis acquiſite q̄ quis aliquis turpia vitet de ḡdo ē verecūdia. nō aūt ex aliqo vitet⁹ verecūdet. ꝯ ex illo habitus virtutis acquiſite ſic ſe habet aliq̄s q̄ magis verecūdet ſi materia verecundie adeſſet.

Ad ſecundū ſic procedit

Videt̄ q̄ verecūdia nō ſit ō turpi actu. Dīt enī ꝑbo in.iij. ethi. q̄ verecūdia eſt timor ingloriationis. ꝯ q̄nq; illi q̄ nil turpe opant ingloriationē ſuſtinent fm illud pō. Propter te ſuſtinui opprobriū. opuit cōfuſio facie mee. ꝯ verecūdia nō eſt ꝓpter turpi actu. ¶ Prēt. Illa ſolummodo dēnt ē turpia q̄ habēt rōnem peccati. ꝯ de quibuſdam bō verecūdat̄ q̄ nō ſunt petā puta ſi aliquis exerceat ſeruilia opa. ꝯ videt̄ q̄ verecūdia nō ſit ꝓpter de turpi actu. ¶ Prēter. Operationes virtutis nō ſunt turpes ꝯ pulcherrime. vt dī in .j. ethi. ꝯ q̄nq; aliq̄ verecundant̄ aliq̄ opa virtuoſa facere. vt dicit Iuc.ix. Qui erubuerit me t meos fm modo hunc filius hominis erubescet ꝛc.

ergo verecūdia nō est de turpi actu. ¶ Pre. Si verecundia ꝓprie esset de turpi actu. opponeret q̄ de magio turpibus homo magis verecunda retur. ꝑ q̄dq̄ homo plus verecūdat de his que sunt minus peccata. cum tamē de grauissimis quibusdaz peccatis glorietf. Sm illud pō. Laud gloriatio in malicia. q̄ verecundia non ꝓprie est de turpi actu. ¶ Sed cōtra est qđ Damas. dicit. in. q. li. t Gregō. nazanzenus. q̄ verecūdia est timor in turpi actu vel in turpi ꝓpetrato. ¶ Hñ. dō. q̄ sicut supra dictū est cū de passionib⁹ timoris ageret. timor ꝓprie est de malo arduo qđ scz difficile vitatur. Est aūt duplex turpitudo. vna qđem vitiosa. q̄ scz consistit in defectu actus voluntarij. t hec ꝓprie loquēdo non habet rationē mali arduj. quod enim in sola volūtate consistit non videtf esse arduū t elevatum sup hominis potestatē. t ꝓpter hoc non apprehendit sub rōne terribilis. t ꝓpter hoc pbo dicit in. q. retho. q̄ timor malorū non est timor. Alia aūt est turpitudo quasi penalis que qđez consistit in vituperatione alicuius. sicut qđam claritas gloriē consistit in honoratione aliquē. t quia timōr vituperij hz rōnem mali arduj. sic cut honor habet rationem boni arduj. verecūdia q̄ est timor turpitudinis primo t principaliꝰ respicit vituperiū seu opprobriū. t quia vituperium ꝓprie debet vitio. sicut honor virtuti. ideo etiam ex consequēti verecundia respicit turpitudinem vitiosam. Unde sicut pbus dicit in. q. retho. nimius homo verecūdat de defectib⁹ qui nō ex eius culpa ꝓueniunt. Respicit aūt verecundia culpaz dupliciter. Uno modo vt aliquis desinat vitiosa agere ꝓpter timorem vituperij. Alio modo vt homo in turpib⁹ q̄ agit vitet cōspectus publicos ꝓpter timorē vituperij. quod primū fm Gregō. nazanzenū primet ad erubescentiam. scdm aūt verecundiā. vnde ipse dicit q̄ qui verecundat occultat se ne his q̄ agit. qui eo erubescit nimet incidere in inglorioationē. ¶ Ad 1. q̄ dō. q̄ verecūdia respicit ꝓprie ingloriatio nē fm q̄ debet culpe q̄ est defectus voluntatis. vñ pbus dicit in. q. retho. q̄ omnia illa homo magis verecundat quoz ipse est causa. opprobria aūt q̄ inferunt alicui ꝓpter virtutē virtuosus qđam ꝓtemnit. qz indigne sibi irrogant sicut de magnanimis pbus dicit in. iiij. ethi. t de apō dicit Actuū. v. q̄ ibant apli gaudētes a conspectu concilij. q̄m digni habiti sunt ꝓ nomine Jesu ꝓtumeliam pati. Ex imperfectione aūt virtutis ꝓvenit q̄ aliq̄s verecūdet ꝑ opprobrio q̄ sibi inferūt ꝓpter virtutē. qz ꝑo aliq̄s ē magis virtuosus tāto magis cōtemnit exteriora bona vel mala. Vñ dī Esa. lvj. Noli timere opprobriū hoim. ¶ Ad. q. dō. q̄ sic honor vt supra habitū est. ita etiam vituperiū ḡtuita nō debet vere ni si soli virtuti. respicit tñ quandā excellentiā. Ita etiā si vituperiū ḡtuita debeat ꝓprie soli culpe. respicit tñ ad minus fm opinionē hominū quēcunq̄ defectū. t ideo de paupertate t ignobilitate t seruitute. t aliis hmōi aliquis verecundat. ¶ Ad. q. dō. q̄ de ogibus virtuosis in se consistit alio non est verecūdia. cōtingit tamē q̄ accidento q̄ aliq̄s de eis verecundet. vel ingenium habeat vitiosa fm hominū opinionē. vel ingenio homo refugit in ogibus virtutis notam de ꝑuersione. aut etiam de simulatione. ¶ Ad. iij. dō. q̄ quādoq̄ ꝓtingit aliqua graviora peccata minus esse verecūdabilia. vel quia minus habent de rōne turpitudinis. sicut peta spūalia q̄ carnalia. vel quia ex qđaz excessu temporalis boni se habent. sicut magis verecundat homo de timiditate q̄ de audacia. t de furto q̄ de rapina propter quandaz speciem potestatis. Et simile est in alijs.

Ad tertiū sic procedit.

Videtur q̄ homo nō magis verecundet a gloriis cōiunctis. Dicit enī in. q. retho. q̄ boies magis erubescant ab illo a qđo volunt in aliquo admiratiōe haberi. q̄ hoc maxime appetit homo a melioribus qui qđāq̄ non sunt magis cōiuncti. q̄ homo non magis erubescit de magis cōiunctis. ¶ Pret. Illi videnf esse magis coniuncti q̄ sunt similium ꝓpriū. sed homo nō erubescit de suo peccato ab his quos scit similia peccata subiacere. qz sicut dicit in. q. retho. q̄ qđ ipse facit hec ꝓmptio nō vetat. q̄ homo non magis verundatur a maxime cōiunctis. ¶ Prete. Philosophus dicit in. q. retho. q̄ homo magis verecundat ab his qui propalāt multa qđ sciunt. sicut sunt irrisores t fabularum fictores. sed illi q̄ sunt magis coniuncti non solent vitia propalare. q̄ ab eis non maxime est verecundandum. ¶ Pre. Pbus idem dicit q̄ homines maxime verecūdantur ab eis inter quos in nullo deffecerunt. t ab eis a qđo ꝓmo aliquid postulāt t quoꝝ nunc ꝓmo volunt esse amici. hmōi aūt sunt minus cōiuncti. q̄ non magis verecundat homo de magis cōiunctis. ¶ Sed ꝓtra ē qđ dicitur in. q. retho. q̄ eos quos semp odorant homines magis erubescunt. ¶ Hñ. dō. q̄ cū vituperium honori opponat. sicut honor ꝓportat testimoniū quoddā de excellētia alicuius. t precipue que est fm virtutē. ita etiā opprobriū cuius timor est verecūdia. importat testimoniū de defectu alicuius. t precipue fm aliquaz culpam. t ideo tāto testimoniū alicuius reputat maioris ponderis. tanto ab eo aliq̄s magis verecundat. Pōt aūt testimoniū aliquod maioris ponderis reputari vel ꝓpter eius certitudinem veritatis. vel ꝓpter effectū. Certitudo aūt veritatis adest testimonio alicuius ꝓpter duo. Uno quidē modo ꝓpter certitudinē iudicij. sicut ꝑs de sapientibus dicit. Secundo a qđo homo t magis desiderat honorari t magis verecundatur. vñ a puerio t desipiente nullus verecundat ꝓpter defectum recti iudicij q̄ est in eis. Alio modo ꝓpter cognitionē eoz de qđo ē testimoniū. qz vnusquisq̄ bñ iudicat q̄ cognoscit. t sic magis verecundamur a gloriis cōiunctis q̄ facta nostra magis ꝑspiciāt. a ꝑegrinis aūt t eius ignoꝝ ad qđ facta nra nō ꝓpenerūt. nullo mō verecūdamur. Ex effectu est aliq̄s testimoniū magni ponderis

propter inimicũm ⁊ nocumentũ ab eo ꝓuenientia. ⁊ ideo magis desiderant bona honorari ab his q̃ possunt eos iuuare. ⁊ magis verecundant ab eis q̃ possunt nocere. Et inde etiam est q̃ ſrum ad aliquid magis verecũdamur a ꝑsonis ꝓuinciis cum quibus semp̃ simus cõuersanti quasi ex hoc nobis ꝓpriam ꝓueniat detrimentũ q̃ aut̃ ꝓuenit a peregrinis ⁊ transeũtib⁹ quasi eis piratis. ¶Ad ij. dicũm. q̃ similia rõ est ꝓter quam verecũdamur de melioribus et magis cõiũctis. q̃ sicut melior⁹ testimoniũ reputamus magis efficax ꝓter maiorem cognitionem quam habẽt de rebus ⁊ immediabilem sententiã a veritate. ita etiam familiariũ ꝑsonarum testimoniũ videt magis efficax ꝓter hoc q̃ magis cognoscunt particularia q̃ circa eos sunt. ¶Ad iij. dicũm. q̃ testimoniũ eorum q̃ sunt nobis cõiuncti in similitudine peccati nõ refor midamus. q̃ia non estimamus q̃ defectũ nostrum appetẽdant et aliq̃d turpe. ¶Ad iij. dicũm. q̃ a ꝓpinquis verecũdamur ꝓter nocumẽtum inde ꝓueniẽs. q̃ est diffamatio apud multos. ¶Ad iiij. dicũm. q̃ etiã ab illo meer quo nil mali scimus magis verecũdamur ꝓter nocumentum sequẽs. quia scimus q̃ hoc amicissimus bonam opinionẽ quã de nobis habeb̃at. ⁊ etiã q̃ contraria intra se ꝓsita maiora vident. vñ cuꝫ aliquis subito de aliquo quẽ bonũ estimauit aliquid turpe cognit. apprehẽdit hoc turpitudo ab illis aũt a quibus aliquid de nouo postulam⁹ minus vel quoꝫ nũc primo volumus esse amici. magis verecũdamur ꝓter nocumentum inde ꝓueniẽs q̃ est impedimentũ implẽde petitionis ⁊ amicitie ꝓsummẽde.

Ad quartum sic ꝓcedi tur. Videt q̃ etiam in virtuosis boibus possit esse verecundia. Contrariorꝫ enim cõtrarij sunt effectus. ſ illi qui sunt superabundantis malicie non verecundant⁹ ſm illud. Pere. iij. Frons. mulieris meretricis facta est tibi. nescisti erubescere. ergo illis q̃ sunt virtuosi magis verecũdant. ¶Prꝫ. Pbo dicit in. ij. rethor. q̃ homines non solum erubescunt vitia. ſ etiam signa vitiorũ q̃ quidẽ contingit etiam esse in virtuosis. ergo in virtuosis potest esse verecũdia. ¶Prꝫ. Verecundia est timor ingloriationis. ſ pertinet aliqs virtuosos ingloriosos esse. puta si falso diffamẽtur. vel etiã indigne opprobria patiant. q̃ verecundia põt cẽ in homine virtuoso. ¶Prꝫ. Verecundia est ꝑte temperãtie vt dictũ est. ꝑte aũt̃ non separat a reso. cum ergo tẽperãtia sit in homine virtuoso videt q̃ etiã verecundia. ¶Sed ꝯ est q̃ ꝑbo dicit i. iij. ethi. q̃ verecũdia nõ est bonis studiosis. ¶Rñ. dicẽ q̃ sicut dictum est verecũdia ẽ timor alicuius turpitudinis. Eis aũt aliq̃s malã nõ timeat põt ꝓter duplicem rõnem ꝛingere. Uno mõ q̃ estimat vt malus. Alio mõ q̃ non estimat vt possibile vel vt dece esse virtuti. ⁊ ſm ꝺ verecũdia deficit i aliq̃ duplr Uno mõ q̃ ea q̃ sunt erubescibilia nõ apprehẽdunt vt turpia. ⁊ hoc modo vt carent verecũdia boies in peccatis ꝓfundati. q̃bus sua ꝑcata non displicent ſ magis de eis gloriant⁹. Alio mõ q̃ non apprehẽdunt turpitudinẽ vt possibilẽ sibi. vel q̃si nõ facile virabilem. ⁊ hoc mõ seneꝯ et virtuosi verecũdia carẽt. sunt tñ sic dispositi vt si in eis esset aliq̃d turpe. de hoc verecũdarent⁹. vnde ꝑbo dicit in. iiij. ethic. q̃ verecũdia est ex suppositione studiosi. ¶Ad. ij. dicũm. q̃ defectus verecũdie ꝛingit in pessimis ⁊ optimis virtꝫ ex diuersis causis. vt dictũ est. Impudẽs aũt in his qui mediocriter se bñt ſm q̃ est eis aliq̃d de amore boni ⁊ tñ nõ sunt totaliter immunes a malo. ¶Ad iij. dicũm. q̃ ad virtuosum ꝑtinet nõ solũ virtute vitia. sed etiã ea q̃ bñt spẽz vitiorꝫ. Per illud. j. ad Thessal. v. Ab omni specie mala abstinete vos. et ꝑbo dicit in. iiij. ethi. q̃ virtuosa sunt virtuosis turpia ea q̃ sunt mala ſm virtutẽ. q̃ ea q̃ sunt mala ſm opinionẽ. ¶Ad iij. dicũm. q̃ infamationes et opprobria virtuosorũ dicũ est ꝓtemnut quasi ea q̃bus ipse non est dignus. ⁊ ideo de his nemo multũ verecundat. est tñ aliqs motus verecũdie ꝓuenies rõni. sicut ⁊ ceterarũ passionũ. ¶Ad iiij. dicũm. q̃ verecũdia nõ est ꝑ tẽperantie q̃si inerãs essentiã eius. ſ q̃si disponit se bono ad ipsam. Unde Ambro. dicit in li. ꝺ offi. q̃ verecũdia in ea ꝓma tẽperãtie fundamẽta. in ꝗbꝰ ſmendit bonꝰ rubor turpitudinis. ¶Questio. cxlv.

Deinde cõsiderandũ est de honestate. Et circa hoc quernn tur quatuor. Primo quomodo honestum se habeat ad virtutẽ. Secõ quomodo se habeat ad decorem. Tertio quomõ se habeat ad utile ⁊ delectabile. Quarto vꝛ honestas sit ꝑs temperãtie.

Ad primuꝫ sic ꝓcedit Videt q̃ honestum non sit idem virtuti. Dicit enim Tullius in sua rethorica. honestum esse q̃ ꝓpter se appetitur. virtus aũt̃ non appetitur ꝓter seipsam sed propter felicitatẽ. dicit enim philosophus in. j. ethic. q̃ felicitas est premium virtutis ⁊ finis. q̃ honestum non est idem virtuti. ¶Prꝫ. ſm Isidorũ honestas dicit quasi honoris status ſ multis aliis debet honor ꝗ virtuti. nuꝫ virtuti. ꝓprie debet laus vt dicit in. j. ethi. ergo honestas nõ est idem virtuti. ¶Prꝫ. Principale virtutis ꝑficit in electiõe. vt ꝑbo dicit in. viij. ethi. honestas aũt magis videt ad exteriorẽ ꝓsecutionẽ ꝓtinere ſm illũ. j. ad Cor. xiij. Ea honestẽt ſm ordinẽ fiant in vobis. q̃ honestas non est idem virtuti. ¶Prꝫ. Honestas videt ꝑficere in exteriorib⁹ dictis. ſm illud Eccl. xx. Bona ⁊ mala vita ⁊ mores veraq̃ a deo sunt. ſ in exterioribus dictis non ꝑficit virtus. q̃ honestas nõ est idẽ virtuti. ¶Sꝫ ꝓra est illud q̃ Tullius dicit in. j. de offi. ⁊ in. ij. rethorice. omnibꝰ honestũ in quatuor principales virtutes. in quas etiã dividit ꝑtes. q̃ honestum est idem virtuti. ¶Rñ. dicẽ. q̃ sic ſ Isidorus dicit. honestas dicit quasi honoris status. vñ ex ꝺ videt aliquid dici honestum q̃ est honore dꝫ

quam. bonoꝝ aũt vt supra dictum est excellẽtie debet. excellentia aũt hominis maxime ꝓsideratur fm virtutem q̃ est dispositio perfecti. vt dicit in. vij. phisi. & ideo honestũ ꝓprie loquendo in idem refert cum virtute. ¶ Ad. j. q̃ dcꝫ. q̃ sicut pbus dicit in. j. ethi. eoꝝ q̃ propter se appetuntur q̃dam appetunt solum ꝓpter se & nũq̃ propter aliud. sicut felicitas q̃ est vltima finis. q̃dam vo appetunt & ꝓpter se & finem habent in scipsis aliquã rõnem bonitatis etiam si nihil aliud bom q̃ ex eis nobis accideret. & ramẽ sunt appetibilia propter aliud finem. s. delectare nos in aliquod bonum ꝓfectiuo. & hoc modo virtus sunt propter se appetẽde. Vnde T. Tullius dc in .ij. rethorice q̃ quosdam est q̃s sua vi nos allicit & sua dignitate trahit vt virtus. Hanc scientiã & hoc sufficiat ad rõnem honesti. ¶ Ad. ij. dcm q̃ eorum q̃ bonorum ꝓter virtutem. aliqd est virtute excellẽtius. s. deus & beatitudo. & huiusmodi bona sunt ita nobis p experientiam nota sicut virtus fm quas quotidie operamur. & ideo virtus magis sibi vendicat nomẽ honesti. Alia vo que sunt infra virtutẽ bonorum imꝫ finem coadiuuant ad opa virtutis. sic nobilitas. potẽtia. & diuitie. vt enim pbus dcꝫ in .iij. ethi. huiusmodi bona dicunt q̃dam. sed fm diuitem soluo bonus est bonificabilis. bonus aũt est aliquis fm virtutẽ. & ideo virtuti quidem debet laus fm q̃ est appetibilis propter aliud. bonoꝝ aũt ꝓpriũ est appetibilis propter seipsum. & fm hoc habet rõnem honesti. ¶ Ad. iij. dcm. q̃ sicut dictum est. honestum importat debitũ bonoꝝ. bonoꝝ aũt est cõsecutio quedam de excellẽtia alicuꝰ vt supra dictum est. testimonium aũt non ꝓbat nisi de rebus notis. interiora aũt electio non innotescit homini nisi exteriores actus. & ideo exterior cõuersatio habet rõnem honesti. fm q̃ est demõstratiua interioris rectitudinis. & ꝓpter hoc radicaliter honestas cõsistit in interiori electione. significative aũt in exteriori cõuersatione. ¶ Ad. iij. dcm. q̃ quia fm vulgarẽ opinionem excellẽtia diuitiarum facit hominem dignũ honore. inde ē q̃ q̃q̃ nomẽ honestatis ad exteriorem ꝓsperitatẽ trasfert.

Ad secundũ sic procedit.

Videt q̃ honestum nõ sit idem quod decorum. Honestum em honesti sumit ex appetitu. nã honestum ē quod ꝓ se appetit. ꝙ decorũ magis respicit aspectum cui placet. ergo decorum nõ est idem quod honestum. ¶ Pret. Decor quandam claritatẽ requirit que pertinet ad rõnem gloriẽ. honestum aũt respicit bonũ. cum ergo bonum & gloria differant vt supra dictum est. videt q̃ etiam honestum differat a decoro. ¶ Pterea. Honestum est idem virtuti vt supra dictum ē. sed aliquis decor cõtrariatur virtuti. Vnde dicit Ezechiel. xvj. Fidens in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. ergo honestum non est idem decoro. ¶ Sed cõtra est q̃ apostolus dicit. j. ad Corinth. xij. Que inhonesta sunt nr̃a abundantiorẽ honestatẽ habẽt. honesta aũt nostra nullius egent. vocat aũt sibi inhonesta mẽbra turpia. honesta aũt membra pulchra. ergo honestum & decorum idẽ esse videt. ¶ Ri. dcꝫ. q̃ sicut accipi potest ex verbis Dion. iij. ca. de diui. no. ad rationẽ pulchri sine decori cõsurgit & claritas & debita ꝓportio. dicit em q̃ deus dicitur pulcher. sicut vniuersorum cõsonantie et claritatis causa. vnde pulchritudo corporis in hoc consistit q̃ homo habeat membra corporis bene proportionata cum quadam debita coloris claritate. & similiter pulchritudo spũalis in hoc consistit q̃ conuersatio hominis sit actiue sit bene proportionata fm spũalem rõnis claritatem. hoc aũt pertinet ad rationem honesti quod diximus idem esse virtuti que fm rõnem moderat omnes res humanas. & ideo honestum est idem spũali decori. Vnde Aug. dcꝫ in li. lxxxiij. q. Honestatem voco intelligibilis pulchritudinem. quã spũalem nos proprie dicimus. & postea subdit q̃ multa sunt pulchra visibilia que minus proprie honesta appellãtur. ¶ Ad. j. q̃ dcm. q̃ obiectum mouẽs appetitum est bonum apprehẽsum. quod aũt in ipsa apprehensione apparet decorum accipit vt cõueniẽs & bonum. & ideo dicit Dion. iij. ca. de diui. nom. q̃ oibus est pulcrum & bonum amabile. vñ & ipm honestus fm q̃ hz spũalem decorẽ appetibile reddit. Vnde Tullius dicit in. j. de offi. Formã ipsam & tanq̃ faciem honesti videt. q̃ si oculis cerneret mirabiles amores vt ait Plato excitaret sapiẽtie. ¶ Ad. ij. dcm. q̃ sicut supra dictũ est. gloria est effectus honoris. ex ꝺ enim q̃ alicui honorati vel laudati redditur clarus in oculis aliorũ. & ideo sicut idem est honorificum & gloriosum. ita etiã idẽ est honestũ & decorum. ¶ Ad. iij. dcm. q̃ obiectio illa ꝓcedit de pulchritudine corporali. cuius possit dici q̃ etiam propter pulchritudinẽ spũalem aliqꝺ spũaliter foꝛmicatur. multum de ipa honestate sugebit. fm illud Ezech. xxviij. Elevatum est cor tuum in decore tuo. deperdidisti sapiam in decore tuo.

Ad tertium sic ꝓcedit

Videt q̃ honestũ nõ differat ab vtili & delectabili. Dicit em honestum qꝺ ꝓpter se appetatur sed delectatio ꝓpter se appetit. ridiculum enim videt frere ꝓpter quid aliqꝺ velit delectari. vt pbus dicit in. vij. ethi. ergo honestũ non differt a delectabili. ¶ Pret. Omnia sub bono velli cõtinent. dicit em Tullius in .ij. retho. Est aliquid non ꝓpter suam vim & naturam. sed propter fructum & vtilitatem appetẽdum qꝺ pecunia est. & diuitie habẽt rõnẽ honestatis. Dicit em Eccle. .xj. Pauperes & honestati. s. diuine a deo sunt. et .xiij. ca. Põdus sup se tollit qui honestiori. s. ctiõi se cõmunicat. ꝙ honestũ nõ differt ab vtili. ¶ Pret. Tullius ꝓbat in li. de offi. q̃ nil põr ee vtile qꝺ nõ sit honestũ. & hoc habet q̃ Ambro. in li de offi. ergo vtile non differt ab honesto. ¶ Sed ptra est qꝺ Aug. dcit in li. lxxxiij. q. Honestum dicit quod ꝓpter seipsum appetendũ ē. vtile aũt qꝺ ad aliquid aliud referendum est.

194

Ḥ.ñ.dom. q honestum occurrit in idem subiectum cū vtile delectabili. a dnus tamē differt ratione. dicit em aliq̄d honestum sicut dictū est inq̄ntum habet quādam decorē ex ordinatione rationis. hoc aūt q est fm rōnem ordinatū est naturaliter quiescere homini. vnūquodq; aūt naturaliter delectat in suo cōuenienti. et ideo honestum est naturaliter homini delectabile. sicut ē operatione virtutis pbs probat. 1. ethic. nō tamē oē delectabile est honestū. quia pōt etiam aliquod patricida esse fm sensum. et nō fm rōnem q̄ est naturā ipsius. Ipsa etiam virtus q̄ fm se honesta est refert ad aliud. sīt ad finem. i. ad felicitatē. et fm hoc idem subiectū est honestum et vtile et delectabile. Ḥ rōne differunt. nam honestum dī fm q̄ aliquid hz quandā excellentiam digni honore. puta spūalem pulchritudinem. delectabile aūt inq̄ntum quietat appetitū. vtile aūt inq̄ntum refert ad aliud. in pluribus tamen est delectabile q̄ vtile et honestum. q; oē vtile et honestū aliq̄liter est delectabile. Ḥ nō cōuertit vt dī in. 2. ethi. ¶ Ad. 1. ergo dom. q honestū dī q̄ p̄ se appetatur appetitu rōnali qui tēdit in id q̄ est cōueniēs rōni. delectabile aūt p̄ se appetit appetitu sensitiuo. ¶ Ad. 2. dcm. q diuine vocant nomine honestatis fm opinionem multoz q̄ diuinus honestū. vel inq̄ntū ordinē ē organice ad actus virtutum vt dictus est. ¶ Ad. 3. dom. q intentio Tullij et Ambro. est dicere q nihil pōt esse simpliciter et vere vtile q̄d repugnat honestati. q̄a oportet q repugnet vltimo fini boni q̄d est bonum fm rōnem. Quia possit forte esse vtile fm quid respectu alicuius finis particularis. nō aūt intendūt dicere q oē vtile in se p̄sideratū gignat ad rōnem honesti.

Ad quartum sic pcedit

tur. Videt q honestas nō debeat poni pars temperantie. Non em est possibile q idem respectu eiusdē sit pars et totū. Ḥ tpantia est pars honesti vt Tullius dicit in. 2. retho. q honestas nō ē pars temperātie. ¶ Pte. 2. ethic. dī q vinum p̄cordia facit honesta. Ḥ vsus vini p̄cipue superfluus de q̄ibz loquit̄ videt. magis ptinet ad intēperātiam q̄ ad temperantiā. q honestas non est pars tpantie. ¶ Pter. Honestū dicit quod est honore dignū sed iusti et fortes maxime honorant. vt dic̄ pbs in. 5. ethi. q honestas non ptinet ad tpantiam. Ḥ magis ad iusticiā vel fortitudinē. Vñ et Eleazarus dicit vt dic̄t. 2. Machabeoz. vi. Fortius p̄ grauissimis ac supremissimo letib⁹ honesta mortе perfungar. ¶ Sed cōtra est q̄d Macrobius honestatē ponit partem tēperantie. Ambros⁹ etiam in. 1. dō officiō tēperātie specialiter honestatē attribuit. ¶ Ḥ.ñ.dom. q sicut supra dictum est, honestas est q̄dam spūal pulchritudo. pulchrū aūt opponit turpe. opposita aūt maxime sese inuicem manifestant. et ideo ad tēperātiam specialiter honestas ptinere videt. q̄d quod est honori turpissimū. et indecentissimū repellit. i. bona talia voluptates. vnde et ipse nole tpantie materiē ingigit bonum rōnis circa quas est moderari et temperare p̄cupiscētias prauas. Sic q̄ honestas p̄net specialē q̄dam rōne temperātie attribuit ponit pars eius. non q̄dem subiectiua q̄ sicut dictū admixta. Ḥ pars integrales ipsius tē quedā eius cōditio. ¶ Ad. 1. ergo dcm. q tpantia ponit pars subiectiua honesti prout sumitur in sua cōmunitate. sic aūt non ponit tēperantie pars. ¶ Ad. 2. dom. q virtus in exhibitis facit precordia honesta. Fm eorum reputationem quia videt eis q̄ sint magnie honorandi. ¶ Ad. 3. dom. q iusticie conuenit debet maior honor q̄ temperātie propter maioris boni excellētiam. sed temperātie debetur maior honor propter cohibitiones vitiorū magis reprobrabiles vt ex dictis p̄z. sic honestas magis attribuitur tēperantie fm regulam apostoli. 3. ad Cor. xii. q̄ inhonesta nostra maiorē habent honestatem sēz remotionē q̄ inhonestū est.

Questio. cxlvj.

Deinde considerāduz est de partibus subiectiuis temperantie. Et primo de his que sunt circa delectationes cibor. Secundo de his q̄ sunt circa delectationes venereor. Circa primū considerandum est de abstinētia que est circa cibos et potus. et de sobrietate que ē specialiter circa potum. Circa abstinentiā aūt considerāda sunt tria. Primo de ipa abstinētia. Secūdo de actu eius qui est ieiunium. Tertio de opposito vitio quod est gula. Circa abstinentiā aūt quer̄untur duo. Primo virtū abstinētia sit virtus. Secūdo virtū sit virtus specialis.

Ad primū sic procedit

Videt q abstinētia nō sit virtus. Dicit em apls. 1. ad Corinth. xiij. Non ē regnū dei os Fmone sed in virtute. in abstinētia aūt non ponit regnū dei. dicit em apls⁹. 1. ad Corinth. viij. Non ē regnum dei esca et potus. vbi dicit glo. nec in abstinendo nec in manducādo esse iusticiā. q̄ abstinentia non est virtus. ¶ Pter. Aug. dicit in. 10. confes. ad deū loquēs. Hoc me docuisti vt quē admodum medicamēta sic alimēta sumpturi accedā. Ḥ medicamēta moderari non ptinet ad virtutē. Ḥ ad artē medicine. q̄ pars rōne moderari alimēta q̄b⁹ ptinet ad abstinentiā nō ē actus virtutis Ḥ artis. ¶ Pter. Esse virtus in medio p̄sistit vt habet in. 2. ethi. abstinētia aūt non videt i medio p̄sistere Ḥ in defectu cū ex sobrietate noscat q̄ abstinētia nō ē virtus. ¶ Pte. Nulla virtus excludit alias. Ḥ abstinētia excludit pias. dic̄ enim Greg. in pastorali q̄ abstinentia mētes plerūq; in patria erumpit a sinu tranquillitatis. vbidē etiam dicit q̄ cogitationes abstinentiū nonnūq̄ in superbiā culpa transeūt. et ita excludit humilitatē. q̄ abstinentia non est virtus. ¶ Sed cōtra est q̄d dicit. 1. Petri. 4. Ministrate in fide vestra virtutē. in virtute aūt sciam. in scia aūt abstinentiā. vbi abstinentia ponit virtutis quasi genus. q̄ abstinētia ē virtus

¶ Ḥ.ñ.dom. q abstinentia ex suo nole importat subtractionē ciborū. Dicit ergo nomē abstinē

ste accipi pōt. Uno modo fm q absolute cibo
rum substractionē designat. t hoc mō abstinen
tia non designat neq virtutē neq actum virtu
tis ℔ quodā indifferēs. Alio modo pōt accipi
fm q est rōne regulata t tunc significat vel ha
bitum virtutis vel actum. t hoc significat in p
missa auctoritate Petri. vbi dicit in scientia ab
stinentiā ministrandā vt scs homo a cibis absti
neat ꝓt oportet ꝓ congruētia hoīm cum qui
bus viuit t ꝑsone sue t pro valitudinis sue ne
cessitate. ¶ Ad.j. ergo dōm. q vsus ciboꝝ t coꝝ
abstinētia fm se cōsiderata nō ptinet ad regnum
dei. Dicit em aplūs.j. ad Corinth.viij. Esca nos
non cōmendat deo. neq; em si nō māducaverimꝰ
deficimus. neq; si māducabimꝰ abundabimus. s. spāliter. virtusq; autē horū fm q sit
rōnabiliter ex fide t dilectione dei. ptinet ad re
gnum dei. ¶ Ad.ij. dōm. q moderatio ciborum
fm qualitatē t qualitatē ptinet ad artē medici
ne in comparatione ad valitudinē corporis. ℔ fm
interiores affectiones in comparatione ad bonū
rōnis pertinet ad abstinētiam. Unde Aug. dic
in li. de. q. euangelij. Nō interest vīm sc̄s ad vir
tutem qđ alimētoꝝ vel quātum quis accipiat. dū
modo id faciat ꝓ congruētia hominū cū ꝓbus
viuit t ꝑsone sue t ꝓ valitudinis sue necessitate
sed quanta felicitate t serenitate animi hilarale
at cum oportet vel necesse est carere. ¶ Ad.iij.
dōm. q ad temperantiā ptinet refrenare dele
ctationes que nimio animū ad se allicium. sic
aē fortitudinem pertinet firmare animū cōtra
timores a bono rōnis repellētes. Et ideo sicut
i ꝓs fortitudinis consistit in quodā excessu. t
de hoc denominant oēs partes fortitudinis.
ita etiam tota temperātie consistit in quodam
defectu t ex hoc ipsa t omnes partes eiꝰ denomi
nant. vnde t abstinētia quia est pars temperantie denominat a defectu. t tamē ꝓsistit in me
dio inq̄tum est fm rōnem rectā. ¶ Ad.iiij. dōm
q illa vitia ꝓueniūt ex abstinentia ꝓut non est
fm rationē rectam. ratio em recta facit abstine
re sicut oportet. scz cū hilaritate mentis. t ꝓpter
qđ oportet. s. ꝓpter gloriam dei. nō ꝓpter gloriā
suam.

Ad secundū sic proce
dit. Uidet q abstinētia non sit specialis virtus
Omnis em virtus fm scipsam est laudabilis. ℔
abstinētia non est fm se laudabilis. dic em Gre
gor. in pastorali. q virtus abstinentie non nisi ex
aliqua ꝓtinitate cōmendat. g abstinētia nō ē spe
cialis virtus. ¶ Dicit Aug. dicit de fide ad Pe
trum q abstinētia sanctoꝝ est a cibo t potu. nō
qz aliqua creatura dei sit mala ℔ ꝓ sola ꝓuisio
castigatiōe. hoc autē ptinet ad castitatē vt ex ipo
nōie apparet. g abstinētia nō est virtus specialis
a castitate distincta. ¶ Dicit. Sicut hō dr esse cō
tentus moderata cibo. ita t moderata veste. fm
illud.j. ad Thimo. vlt. Habētes alimēta t qui
bus tegamur. his ctenti simus. in moderatione
autē vestium non est aliqua specialis virtus. er
go neq abstinētia q est moderanua alimentoꝝ

¶ Sed cōtra ē qđ Macrobius ponit abstinētiā
spāliem partē tpantie. ¶ Hñ. dōm q sicut supa
dictū est virtus moralis ꝓsistat bonū rōnis con
tra impetus passionū. t ideo vbi inuenit spālis
ratio q passio abstrahit a bono rōnis. ibi necesse
est esse specialē virtutē. delectatiōes autē ciborū
nate sunt abstrahere hominē a bono rōnis. tuꝫ
ꝓpter cuius magnitudinē. cum etiam ꝓpter ne
cessitatē ciboꝝ ꝙbus homo indiget ad vite ꝓser
uationē quā maxime hō desiderat. t ideo absti
nentia est spālis virtus. ¶ Ad.j. q dōm q virtutes
oportet esse ꝓportionari supra dictū est. t ideo vna
virtus adiuuat t cōmendat ex alia sicut tristicia
ex fortitudine t ꝑ hunc etiā modum virtus absti
nentie commendat ex aliis virtutibus. ¶ Ad.ij.
dōm. q ꝑ abstinentiā corpus castigat nō solū cō
tra illecebras luxurie. ℔ etiā ꝓra illecebras gule.
qz dum hō abstinet. magis redditur fortis ad im
pugnationes gule vincēdas. q tāto fomites sūt
quāto magis homo eis cedit. t tñ nō ꝓhibentur
ꝓ hoc abstinentia esse spālem virtutē qđ ad castitatem valet. qz vna virtus ad aliam valet. ¶ Ad
.iij. dōm. q visus vestimentoꝝ ē introductus ab
arte. visus autē ciboꝝ a natura. t ideo magis de
ber esse virtus spālis circa moderationē ciboꝝ q̄
circa moderationē vestimentoꝝ.

¶ Questio. cclvij.

Deinde cōsiderandū
est de iciunio. Et circa hoc q̄runt octo
Primo vtrū iciunia sit actus virtutis
Secūdo cuius virtutis sit actus. Tertio vtr cadat
sub ꝓcepto. Quarto vtrū aliqui excusent ab ob
seruatione huius ꝓcepti. Quinto de tpe iciunij
Sexto virus semel comedere requirat ad iciu
nium. Septimo ō hora comestionis iciunātis
Octauo de cibis a ꝙbus debēt abstinere.

Ad primuꝫ sic ꝓcedit.
Uidet q iciunia non sit actus virtutis. Dic em
actus virtutis deo est acceptus. ℔ iciunia non sp
est deo acceptū. fm illud Esa. lviij. Quare iciu
nauimus t nō aspexisti. ergo iciunia nō est actus
virtutis. ¶ Pre. Nullus actus virtutis recedit
a medio virtutis. ℔ iciunia recedit a medio virtu
tis qđ quidē in virtute abstinētie accipit fm hoc
vt subueniat indigentia nature cui ꝓ iciunia aliqđ
subtrahit. alioqn nō iciunātes nō haberēt virtu
tem abstinētie. g iciunia non est actus virtutis.
¶ Pre. Id qđ cōmuniter oībus ꝓuenit e bonis
t malis non ē actus virtutis. ℔ iciunia est bonū.
quibz em aīāl comedat iciunus est. g iciunia
nō est actus virtutis. ¶ Sed cōtra ē qđ numerat
aliqs virtutum actibus. ij. ad Cor. vj. vbi aplūs
dicit. In iciuniis multis. in scia. t in castitate &c.
¶ Hñ. dōm q ex hoc aliqs actus est virtuosus q
ꝑ rōnem ordinat ad aliqđ bonū honestū. hoc
autē cōtingit iciunio. Assumit em iciunia pan
cipaliter ad tria. Primo qdem ad ꝓpitios cas
tigandos. Unde aplūs dicit i auctoritate adu
cta in sc̄ia. in castitate. qz ꝑ iciunia castitas
ꝓfuat. vt em Hiero. dic. sine cerere bacho friget

venno. id est p abstinentiā cibi t poma repescit lucaria. Secundo assumit ad hoc q mens libera ad sublimia contēplāda. Unde dicit Daniel. q post ieiunia trium ebdomadarum revelationē accepit a do. Tertio ad sanificandum p potio. Unde dr Iobelio q. Cōuertimini ad me in toto corde vro. in ieiunio t fletu t planctu. t hoc est qđ Augu. dicit in quodā sermone de ieiunio. Ieiunium purgat animā. mentē subleuat. carnem sperimit subiicit. cor facit contritū t humiliatū. concupiscētie nebulas dissipat. libidinū ardores extinguit castitatē do lucē accendit. unde pz q ieiunium est actus virtutis. ¶ Ad. j. q. dicm. q contingit q aliquis actus qui ex genere suo est vitiosus. ex aliquibus circūstantiis adiunctis redāt virtuosus. unde ibidem dicit. Ecce in diebus ieiunij vestri inuenit voluntas vestra. Et paulo post subdunt ad litē t contentiones ieiunatis. t percutis pugno impie. qđ exponēs Greg. in pastorali dicit Voluntas ad iniciā primo pugnat ad iras. Incassum ē p abstinentiā corpus afflerit. si inordinatio mentibus dimissa mēs vitijs dissipat. Et Augustin⁹ in ꝓdicto sermone dicit q ieiunij ver bositatem non amat. diuitias cupiditatē indicat. fugbiam spernit. humilitatē cōmēdat. ꝑtat homini seipm intelligere. qđ est infirmū t fragile. ¶ Ad. ij. dicm. q medij vtutis nō accipit fm quantitatē. ꝑ fm rationē rectam. vt dr in. ij. ethic. nō aūt iudicat q ꝑter aliquā spālem causam aliqs homo minuat de cibo ꝑ sibi cōpetenti fm rectum cōem. sicut ꝑter infirmitatē vitādas aut ad aliqua opa corporalia expedita agenda. t multo magis nō recta hoc ordinat ad spūalia mala vitāda t bona ꝓsequēda. nō tamē ratio recta tamē de cibo subtrahit vt naturā cōseruari non possit. qđ Hieron. dicit Non dissentiū magno vel parvo tēpore et interimas q de rapina holocaustū offert. Qui cibos nimis egestate. vel mādicādo vel somni penuria immoderate corpus afflixit. Similit etiā nō recta nō ifi de cibo subtrahit vt homo reddāt impotēs ad debita opera prosequenda. vñ dicit Hiero. q nō malus homo dignitatē animi q ieiunio charitati vel vigilijs sensus integritati pfert. ¶ Ad. iij. dicm. q ieiunia nature quo ꝙ dicit ieiunium antiqui cōmedat cōsistit in pura negatiōe. vt nō ꝓponit actus virtutis. ꝑ solum illud ieiunij quo quis ex rōnabili ꝓposito a cibis aliqñter abstinet. Unde primo dicit ieiuniam ieiunij. secundo vero ieiunium ieiunantis quasi ex ꝓposito aliquid agentis.

Ad secundū sic ꝓcedit

Videt q ieiunia non sit actus abstinentie. Cuius sup illud Matth. xvij. hoc genus demonioꝝ nō. dicit Hieron. Ieiunij est non solum ab escis ꝑ a cūctis illecebris abstinētia. ꝑ hoc pertinet ad oēm virtutē. q ieiunia non est actus specialiter abstinētie. ¶ Dr. Greg. dicit in omel. xl. dragesime q ieiunia xl dragesimale est decima totius anni. ꝑ dare decimas ē actus religiōis vt supra habitū est. q ieiunia est actus religiōis t nō abstinētie. ¶ Dr. Abstinētia est qs regnatiꝝ vt plenum est. temperātia aūt ꝓra fortitudinē ostendit. ad quā pertinet molestias sustinere. qđ maxime videt esse in ieiunio. q ieiunia nō est actus abstinētie. ¶ Sed ꝓra est qđ ¶ Isido. dicit q ieiunium est p ieiuniā vinculo abstinētiaꝝ ciboꝝ. ¶ Ad. ij. dicm. q eādē esse materiā habitus t actꝰ vnde omnis actus virtuosus q est circa aliquam materiā. ad illam virtutē pertinet que medians in illa materia constituit. Ieiunia aūt attendit in cibis in quo medij adimuenit abstinentia. vnde manifestū est q ieiunium est abstinētie actꝰ. ¶ Ad. j. q dicm. q ieiunia ꝓprie dictum cōsistit in abstinēdo a cibis. ꝑ metaphoricē dictum cōsistit in abstinēdo a quibuslibet nocuis q maxie sunt peccata. Vel pōt dici q etiam ieiunia propie dictum est abstinētia ab omnibus illecebris quia q quelibet vitia adiungit desinit esse actus virtuosus vt dictum est. ¶ Ad. ij. dicm. q nihil ꝓhibet actum virtuosum ordinari ad aliū virtutem fm q ad eius finem ordinatur. vt ex supra dictis pz. t fm hoc nihil ꝓhibet ieiunia pertinere ad religionē vel ad castitatē vel ad quācunq aliam virtutem. ¶ Ad. iij. dicm. q ad fortitudinē fm q est specialis virtus nō pertinet ꝓferre quascunq molestias. ꝑ solum illas q sunt circa pericula mortis. sufferre aūt molestias que sunt ex defectu delectabilium tactus pertinet ad temperantiam t ad partes eius. t tales sunt molestie ieiunij.

Ad tertiū sic ꝓcedit.

